

Q. F. F. Q. S.

DISSERTATIONIS,

De

DIVERSIS

PHILOSOPHOR. METHODIS

In

DEMONSTRANDA

EXISTENTIA DEI,

PARS POSTERIOR.

Quam

Cum consensu Ampliss. Facultatis Philosophicæ in Illustri Academia Aboënsi,

PRÆSIDE

VIRO ADMOD. REVER. atq; AMPLISSIMO
DOMINO,

D. ISAACO

BÖÖRKUNDI

L. L. Sacr. Prof. Orain.

PRO GRADU MAGISTERII

Ad publ. honorum examen modeſte defens.

ISAACUS PELDAN,

Ostro-Botn.

In Audit. Max. addiēm D.V. 7 Junii A. 1729,

Horis ante-merid. solitis.

ABOÆ. cum Acad. litteris

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO,

REVERENDISSIMO

PATRI ac DOMINO,

D.LAURENTIO
TAMMELIN ,

Diœcœsos Aboënsis EPISCOPO EMINENTISSIMO; Academiæ ibidem PRO-CANCELLARIO Magnificentissimo,
ut & Venerandi Consistorii Ecclesiastici Præsidi Gra-vissimo.

Mæcenati Magno.

Patiarū, Reverendissime Pater ut inter tot
Fennice gentis vota & applausus, rudio-
res etiam ba pagelle, fausta ac felicia mu-
neris suscepit auspicia Tibi duntaxat adpre-
caturæ, conspectum Tuum subire sustineant.
Magna illa in Ecclæsiam Christi merita, &
per orbem litteratum insigne nomen, certe sen-
sere, ut omnia sancte dirigentis Dei nutu, Re-
gis

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO,

GENEROSO atq; NOBILISSIMO
DOMINO,

Dn. M A R C O
TUNGEFELDT,

Ad Legionem Dimacharum prima-
riam, CHILIARCHÆ LOCUM TE-
NENTI strenuissimo,

Macenati Magno.

Tritum hocce proverbium, Magnos ma-
gna decent, quum mecum pensito,
ultra fateri cogor, me instar Icari Phaëthon-
tisq; rapi temeritate, dum rudes, omnique
splendore nudatas pagellas, limina Tua, Vir
Generose, pulsatum meditor ablegare: quippe
cui statua honoris, quam virtute Tua belli-

gūg; nostri Clementissimi gratia, Te Episcopo optimo, jam gaudeat Fennica simul atq; Botnica natio. Quo nomine impense sibi gratulatur Ecclesia Borealis, gratulantur omnes boni, & litterarum alumni, qui Tho favori & patrocinio certi se commendare possunt: quorum in numero enī me commendō, hanc mea pietatis, ac submissæ venerationis tesseraam offerendo. Fovemus, scio, omnes, ut salvus & incoluis, Aboam, quo Dei Regisq; gratia Te ire jussit, propediem felici accedas aura, administratus insigne Episcopale munus, in gloriam Dei, & emolumentum ecclesie. Servet Te, cum generosissima Domo, ad annos bene multos, salvum & incolumem, Tuamque canitiem quam diutissime superstitem florentem manere jubeat, Deus Ter O. M. Quae vota et laudissimo de pessore etatem nuncupabit,

Reverendissimi Nominis Tui

Cliens humillimus

ISAACUS PELDAN

ca dudam meruisti, potius foret erigenda, quam
munus chartaceum offerendum. Verum enim
vero quod & hoc licet, indulgentia Tha uni-
ce imputandum est. Quam mihi eo certio-
rem polliceor, quo majora favoris Tui jam per
triennium, & præsertim cum informationi ju-
venis optimi, a sorore Tua filii, per breve li-
cet spatiū temporis præcessem, existere indicia,
beneficiorumque ingens cumulus, quorum me-
moria venerabundæ semper inhæredit menti,
que data hac occasione, publice eadem testifi-
candi, testissima jam se quodammodo effert. Ad-
spice, Vir Generose, munus, suo licet ponde-
re levissimum, pietate vero offerentis gravis-
simum, fronte qua soles serena; nec patere, ut
favore Tuo unquam excidat. Quoad vixero,
calidissima pro Tua, Tuorumq; salute ac peren-
ni incolmitate fundere vota nunquam des-
istam. Vivas diu, Vir Generose, ac semper
vigeas, meq; Tibi habeas commendatissimum,

Generosi atq; Nobilissimi
Nominis Tui

Cultorem humillimum

ISAACUM PELDAN.

*Maxime Reverendo atq; Amplissimo VIRO,
DOMINO*

Mag. DANIELI JUSLENIO,
S. S. Theolog. Profess. Ordin. Consistorii
utriusq;. Adfessori gravissimo, ut & Eccle-
siæ Cathedralis Fennicæ Pastori ac An-
tistiti Vigilantissimo, Patro-
no & Promotori ætatem
pie colendo.

Plurimum Rever. & Clarissimo Domino

Dn. NICOLAO ÆIMÆLEO,
Pastori in Åyro majori dignissimo, Avun-
culi loco nullo non tempore
suspiciendo.

Perquam Reverendo atq; Do-

Dn. ISRAELI
Sacellano in Åyrå majori
suo ho-

In Tesseram venerabundi animi, ob
in se collata, & caritatem, Vobis,
optatissimi, hanc qualemcunque
cando, dicat,

Max. Reverend. Ampliss. Clariss. Do-
Cultor ob-

MAGNUS MUDANSI

A. &

*Amplissime arg, Consultissime VIRO,
DOMINO,*

Dn. JONÆ MOLLIN,
Per ditionem Australem in Ostrobotni-
a Judici Territoriali per multos annos
longe æqvissimo, Patrono optimo,
Parentis loco ad cineres
venerando.

Plurimum Reverendo ac Clariss. DOMINO,
Mag. ISRAELI PELDAN,
Lectori Scholæ Cathedralis Aboënsis
maxime industrio, Fratri suo
carissimo.

Etiſſimo DOMINO ,
ALFTAN,
meritissimo, Avunculo
norando.

favorem insignem, beneficiaq; vestra
Patroni, Fautores & Fraſer ex-
opellam, fausta quælibet adpre-
dedicat, offert
Etiſſimorumq; Nomina Pestrorum
servantissimus
Rcſp.

Råd-och Handels-män uti Wasa,
Uhreborne och Högwålachtade Herrar/
Herr JOHAN BLADH,
Herr ISRAEL HANSSON,
Mine Högtånde Wålgyttare.

Ninga våcket som jag strifver,
Eder Gynnar' billigt gisver,
För Ehr gunst, vålgierning mång;
Mera woren I wål vårdig,
Mer at gje wor' jag och färdig;
Men jag kan ej denna gång.

Når då ej betalning inne
Fins hos mig, et tackamt sinne
Fylla stal hwad felas ther.
Tack för alt hwad jag erfarit,
Då jag ofta hos Ehr warit.
Lefwen wål, jag önskar, ber,

Högwålachtade Herrar
Råd- & och Handels-Måns
Hörsamste Djänare
ISAAC PELDAN.

בשׁת יוזן

CAP. III.

De modo Cartesii seu methodo ex idea Dei nobis innata, demonstrandi existentiam Dei.

§. I.



Bxcusſis bre-
viter in parte pri-
ori ſpeciminiſ Academici, & metho-
do communiori,
& triplici via Scholaſtica demon-
ſtrandi existentiam Dei, ratio-

A

in-

instituti jubet, ut excitato pri-
mum acutissimo philosopho,
per decem octennia fere de-
mortuo, Ren. Cartesio, ipsiusq;
scriptis, quid in hoc punto nos
condoceant, evolutis, metho-
dum philosophis recentioribus
propriam paucis detegam. Dis-
simulare autem in antecessum
non possum, ipsa resatis superq;
loquente, & laboriosis virorum
clarissimorum lucubrationibus
abunde testantibus, hanc ipsam
materiem, seu viam pervenien-
di ad existētiæ Dei cognitionē,
tot tantisq; circumseptam dif-
ficultatibus, & innumeris fer-
me per vasta systemata senten-
tiarum divortiis esse involutam,
ut animo tenuitatis suæ pie
conscio, incusso quodam sacro

hor-

3

horrore, melius consultum du-
xerim, a captis abstinere ma-
num, quam coperam rei tam ar-
duæ excutiendæ collocare, de-
lusis, quod doleo, eruditorum
desideriis, quibus hæc ipsa non
respondebit opella. Verum c-
nūm vero svadente hujus mate-
riæ, quam indulta eorum, qui-
bus vitæ obsequium debeo, mi-
hi pertractandam assumsi, di-
gnitate pariter atq; utilitate, qua-
seſe nulli non reddet commen-
datissimam, manum negotio ad-
movere ultra cœſtitui, exposi-
turus non qvidem omnia, quæ
heic dicenda forent, sed quæ pro
imperata brevitate & angusta
minerva dici poſſunt. A Te ve-
ro B. L. qua decet reverentia
contendo, ut ulteriore, eaq; be-

nigna, opellæ qualicunq; fave-
as censura.

§. II.

Suo itaq;, uti dictum, nunc or-
dine flagitat examen nostrum
argumētatio Cartesii, satis speci-
osa atq; intricata, quam ipse evi-
dētissimam & indemōstrabilem
prorsus sibi persvasit, haud pau-
cos postmodum naēta sequaces
atq; propugnatores, qvi cum
suo præceptore statūnt mētibus
hominum innatam esse ideam
Dei quoad esse objectivum, h. e.
imaginem quandam & effigiem,
quæ vicem Dei in intellectu ge-
rat, eumq; representet, ut quis-
quis ideam illam in semet ipso in-
tuetur, oppido existentiam & at-
tributa Dei cognoscere possit, ceu-
lo-

Ioquitur Clarissimus Jo. Pauli
Hebenstreitus (a). Atque hanc
ideam dicit Cartesius sese a Deo
accepisse, & minime illam sen-
suum opera hausisse, nec un-
quam non exspectanti ipsi adve-
nisse, ut ceteras sensibilium ide-
as, nec etiam a se effectam esse,
ac proinde concludit sibi esse in-
natam, seu Deum creando ide-
am illam in didisse, ut esset tan-
quam nota artificis operi suo
impressa. Et porro eandem nō
solum in se claram & distinctam
pronunciat, verum etiam omni-
um idcarum, quæ in ipso sunt,
maxime veram, & maxime cla-
ram & distinctam. Unde, post-
quam hæc omnia prolixè excus-
sisset, totam argumentationem
hunc in modum colligit: Totæ

itaqz, inquit, vis argumenti in eo est, quod agnoscam fieri non posse, ut existam talis naturae qualis sum, nempe ideam Dei in me habens, nisi revera Deus etiam existeret, Deus inquam ille idem cuius idea in me est, hoc est habens omnes illas perfectiones, quas ego non comprehendere, sed quocunque modo attingere cogitatione possum, Σ nullis plane defectibus obnoxius b). Clarissimus Frid. Gentzkenius c), qui in ceteris argumentis pro demonstranda existentia Dei, etiam hanc Cartesii methodum seu validam & probandam admittit, vim ejus eo redire docet, quod existentia sit de essentia entis perfectissimi, consequentiam hanc autem esse verissimam hoc

hoc ratiocinio: quia antecedens,
 inquit, scil. quod essentia entis ma-
 ximi & perfectissimi sit possibilis
 negari nequit. Adeoq; ex sola
 possibilitate existimat seqvi actu-
 alem Dei existentiam. Ita ut to-
 tus hic Cartesii, ejusq; discipu-
 lorum, ad ideas confugientium
 processus, cum Kil. Rudrauffio
 in formam redactus sic audiat:
*Cujuscunq; clara & distincta i-
 dea existit in mente mea, illud
 ipsum actu existit, vel saltim ex-
 sistere potest, in rerum natura.
 sed clara & distincta idea Dei
 existit in mente mea. Ergo De-
 us actu existit, vel saltim existere
 potest.*(d) Sed fallere hunc syllo-
 gismū ex intra dicendis patebit.

A) in Theol. Nat. Exercit. III. p. m. 128.

b) Medit. de prima Philos. Medit: III.

Totum argumentum Cartesii, quo ex idea Dei nobis innata existentiam ejus probare satagit, colligere licet ex Princip. ejus Phil. part. I. §. XVII. & XVIII. it. ex Med. de prim. Phil. Med. III. per totam, & part. Med. IV. aliisq; scriptis, quib; adversario- rum objectiones diluere conatus est, qua prolixo heic recudere & instituti ratio, & imperata brevitas junctim vetant.

c) in System. Philosoph. part. Gen. Cap. II. p. m. 8. seq. d) in Theol. Philosoph. Exhibit. IV. de Atheismo. §. 20. p. m. 41.

§. III.

Derecta sic paucis argumen- tatione Cartesii, quam petit a priori pro demonstranda existen- tia Dei, inspecturis nobis, omis- sa omni ambage, in rationis hu- jus Cartesianaæ firmitatem, pri- mum incumbit, ut moveamus

qua-

quæstionem: *Num detur in o-*
mni bus hominib us naturalis &
innata idea Dei, quam vult Caro-
tesius? Hanc quæstionem,
quum per ideam intelligat Scho-
la Cartesiana ipsam speciem &
imaginem Dei in intellectu, non
possum affirmare, obstante præ-
ter Scripturam Sacram, unde
argumenta jam mutuari nolo,
recta & sana ratione, quæ per
ideam spiritus nihil aliud intel-
ligit, quam ipsum actum mentis,
quo objectum illud exhibetur
atq; representatur; non autem
expressam aliquam speciem sive
imaginem rei exhibitæ atq; re-
presentatæ. Quippe si hæc ad-
mitteretur sententia, sequere-
tur nos semper habere imagi-
nem Dei in vivida & perfecta.

simia intellectione & finitum
vere capax esse infiniti, quam
consequentiam quemqam fa-
tum vix velle, minus posse af-
serere existimaverim. Etenim
si ex revelatione duntaxat habe-
mus aliquam ideam Dei, &
quidem imperfectam, quomodo
potest tribui tantum naturæ?
ut rectissime querit Doct. Jo-
hannes Ad. Osiander (a). Neq;
etiam *imago seu species rerum*
creatarum intellectui nostro est
ingenita, cum creaturarum spe-
cies interventu sensuum demum
ad mentem nostram transferan-
tur, ut certo respectu verba He-
benstreiti nostra faciamus (b).
Quomodo ergo species & ima-
go rei increata & infinita, quæ
sensum omnem fugit quam lon-
gissi-

gissime, menti nostræ esset iñata, mēs ipsa perpicere nequit.

(a) In Colleg. confid. in dogmata
Theolog. Cartes. p. m. 49.

(b) in Theol. Nat. Exercit. III.
p. m. 129.

§. IV.

Sed vellet quispiam suspicari, nos negare omnem notitiam Dei concretam & naturalem: illi respondemus, nos non tantum illam velle, sed etiam debere admittere, si modo intelligatur inesse per modum dispositionis cuiusdam, aut habitus analogice sic dicti, vel per modum potentiae propinquae, ut docent saniores omnes Theologi & que arq; Philosophi. Non vero inesse per modum idea Cartesiana: quippe qua, quum sit illa, ut

antea dictum, ipsa expressio rei in mente, non tantum lumine naturæ attingeremus existentiam, sed & assurgeremus ad ipsam essentiam Dei, & efformaremus ipsum quidditativum proprium D E I conceprum. Quod ut cuiquam in hac vita sit possibile, non minori jure dubito, quin & certus denego, quam illorum rationes non probandas statuo, qui solo rationis ductu ad ipsum S. S. Trinitatis mysterium evolare satagent.

§. V.

Quærimus II, an hypothesis hæc Cartesiana, qua ideam Dei claram & distinctam & perfectam statuit, possit stabiliri? Verum neq; huic postulato facilis

assentior, salva discipulorum ipsius ratione. Etenim finge, imaginem illam rei summe perfectæ & infinitæ nobis inesse, inest ratione sui subjecti, quod omnino est finitum, valde imperfecte atq; confuse. Et quum finita sit hæc idea, similis esse non potest infiniti illius archetypi: Nam infiniti quid dissimilius quam finitum; perfecti quid dissimilius, quam imperfectum; Non tamen ex hac dissimilitudine denego ideæ rei omnem claritatem & veritatem, quippe quæ, stante licet dissimilitudine subjecti & objecti, esse possunt, si idea in se sola spectetur; in collatione vero cum exemplari, ad quod est expressa, clara & distincta esse nequit.

Non

Non aliter atq; effigies cuius-
dam, ut eleganter est depicta,
ita quidem in se clara & distin-
cta & perfecta est, verum
si contendatur cum illo ipso,
cujus est effigies atq; imago,
imperfectam sane & confusam
ipius reddet notitiam, quem-
admodum adductis etiam ex
ipso Cartesio exemplis egregie
argumentatur Petr. Dan. Hue-
gius (a). Si quis, inquit, maris
tractum aliquem e littore prospic-
ciat, vel ad montis alicujus lao-
tissime patentis radices jacens,
manu eum contingat, claram
quidem, distinctam & perfe-
ctam tractus hujus maris, quem
videt, vel particulam montis, quam
contingit, ideam mente habuet;
obscuram autem, confusam &

imperfectam maris, montibus
universi. Unde etiam, nulla a-
nimadversa proportione finiti
ad infinitum, quantumcunq;
quis etiam contenderit ad am-
plificandam ideam, abstrusa
valde, & ab hominum mentibus
longissime semota omnis ævi
philosophis & universis genti-
bus audit hæc ipsa notio Dei,
luculentissime hoc etiam testan-
tibus pandæcis sacris (b). Adeo
ut certe non tam absurdum dixe-
rit, qui vastissimum oceanum
cribro exhaustiri posse statue-
rit, quam qui Deum clare, di-
stincte atq; perfecte mente sua
se percipere assuererit. Nec ju-
vabit Cartesium, quod profi-
teatur se hanc ideam a Deo
accepisse, quod assertum sua

certe laborat fallibilitate, immo falsitate. *Nihil enim obstat,*
quo minus mens nostra ideam
rei infinitæ & summe perfectæ a
se ipsa per fictionem scilicet quam-
dam, & contemplationem cre-
aturarum, dum omnium rerum,
quas novit perfectiones eminen-
tissima quadam ratione in unum
aliquod ens confert, habeat; nec
necessæ profecto est, ut causa qua-
dam infinitæ potentiae ac perfe-
ctionis ad eam producendam re-
quiratur, cum eadem ratione,
qua reliquæ ideae producuntur, &
hæc produci queat (c).

(a) in Censur. Philos. Cartes. Cap. IV.
 p. m. 66. seq. & 62. (b) 1. Tim. 6,
 16. Esa. 45, 15. aliis in locis. (c)
 Vid. Job. Franc. Budd. instit. Theol.
 Dogmat. Lib. II. Cap. I. p. m. 264.
 ut & Huetius p. 67. seq.

Hinc facile est judicatu, quam firma sit conclusio syllogismi Cartesii, cuiusq; aestimationis sit habenda demonstratio existentiae Dei ex idea Cartesiana. Certe ambiguam & mere fallacem eam, praecountibus tot viris eruditione & fide clarissimis salutare non dubito. Et eo usq; duntaxat illam verā agnoscō, quod existentia entis perfectissimi sit necessaria, ceteroquin enim non esset ens perfectissimum: quod autem ipsa actualis existentia exinde immediate deduci queat, nullus video. Adeo ut ipse Scholarcha, & quotquot eum sequuntur, potius presupponere debuisse primum

dicendi sint ipsam existentiam,
& tandem, hac præsupposita,
demonstrare necessariam Dei,
scu entis perfectissimi existen-
tiam. Nec firmus poterit asse-
ri hic processus, quo ex sola
possibilitate argumentantur ad
actualem Dei existentiam: tum
enim omnia, quorumcunq; i-
deam nobis formamus, ut pos-
sibilem, actu existerent: e. g.
formo mihi ideam montis au-
rei: jam vero non esset prorsus
impossibile existere montem au-
reum; hinc tamen sive ab hac
possibilitate nondum sequitur ta-
lem montem aureum revera &
actu existere. Similis est quoq;
hæc argumentatio a possibili-
te existentiæ Dei, quippe quæ
non certo demonstrat vel evin-

cit Deum actu existere, verum tantum dicit existere posse. Sed nolo hisce diutius immorari, quum imperata brevitas pagellas jubeat coercendas, & quod gaudeo, opera atq; industria virorum excellētissimorum heic prolixie satis collocata, otia nobis fecerit certissima, ad quos Te, B. L. hujus rei ultra cupidum remissum volamus.

*Ad sis Pet. Dan. Huetii censuram
Phil. Cart. Cap. IV. Museum in intr.
in Theol. Cap. II. Zurb. Grapii Theol.
recens controversam Qu. III. Job-
and. Schmidt Theol. Nat. Posit. p.
m. 35. Job. Ad. Osiandri Colleg.
Considerat. in dogmata Theol. Car-
tesianorum Cap. III. alibiq;. Job.
Franc. Budd. Elem. Phil. Theor. Tom.
II. part. VI. Cap. III. aliosq; passim
Theologos simul atq; Philosophos.*

CAP. IV.

*De methodo, demonstrandi existen-
tiam Dei, singulari, sive Philoso-
phis, præsertim recentioribus pro-
pria.*

§. I.

Jam ad methodum singularēm,
sive Philosophis, præsertim re-
centioribus propriam, demon-
strandi existentiam Dei, deline-
andam ultra nos urget instituti
& ordinis ratio. Hi ut per ma-
jorem litterarum culturam, ad
accuratiorem atq; penitiorem
rerum, etiam subtiliorum co-
gnitionem penetrarunt: ita et
jam dignitate hujus argumenti
allecti, suum heic exercuerunt
ingenium, ejusq; vim delusam
noluerunt, varias, ex variis re-
bus sumitis argumentationibus,

petendo demonstrationes existentiae Dei; quarum saltim quasdam, omnes enim excutere mollem dissertationis superaret, jam jam salutabimus. At qui quum hominem mirandum in modum mente, ceu ipsum a bruis animantibus validissime discernente, instructum deprehenderint, ex ipsa illius, scilicet mentis humanae existentia, Deum, seu summum illud Ens collegunt existere: qua quin id ipsum, quod petierunt, felicissime obtinuerint, nullus dubito firmiter asseverare. Tanta quippe menti nostrae est certitudo suae existentiae, ejusq; continuatæ, ut de illa ipsa omnes atq; singuli longe sint evictissimi, nisi quis vel intentem voluerit mere corporeum & non activum quid,

vel Scepticis̄mō sese penitus addicerit. Tantum etiam ejus est acumen, ut proprietates atq; perfectiones omnium rerum, inter se collatarum, ab invicem discernere, proprias nosse, maiores etiam, quam ipsa possideat, facili posse negotio concipere atq; comprehendere. Jam vero si quis in ipsius originem vellet inquirere, in bivio constitutum sese statim animadverteret, scrutando, mentem aut esse a se, aut agnoscere caussam sui aliquam superiorem & magis activam. Sed non poterit quicquam priorem ingredi viam. Et enim, ut cum Clarissimo Frid. Gentzkenio (a) concludam, si vim se ipsam producendi habuisset mens humana, procul dubio

sibi omnes, quarum ideam in se
habet, perfectiones concessisset; si-
quidem qui potest majus, videlicet
se efficere substantiam, potest
etiam minus, scilicet eas perfectio-
nes, quas novit, in se producere.
Ergo mens hominis est ab alio a-
liquo Ente. Non vero ab infe-
riori, quia quo minus quid est
perfectum, eo minori etiam id
ipsum vi pollet aliqvid, quod
magis est perfectum, producen-
di, quum causa semper & ne-
cessario nobilior sit suo caussa-
to, & producens suo productum.
Nec a pari, quia parium dispar
nunquam est ratio. Sed *a superio-*
riori, quippe quod non tantum
illas possideat perfectiones, quas
conceptu suo complectitur mens
humana, verum etiam longe

transcendentales: adeoq; causa esse potest mentis humanæ, ejusq; perfectionum sive virtutum, omnium etiam ceterarum, quotquot existunt, rerum, ipsum omni sua causa destitutum, & a se existens, quod *Deum* dicimus.

a) in Part. II. Syst. Philos. C. II. part. gen. §. 1. p. m. 6.

§. II.

Porro existentia Dei haud inconcinne evinci solet ex vinculo illo, quod corpus inter \exists mentem nostram intercedit, quod quo penitus examinatur, eo arctius illud ipsum dispalefecit, eoq; firmius dictitat & prodit causam sui effectricem, quæ non esse potest sapientia aliqua finita, sed in-

infinitam sese facile qvibusvis
persuadebit. Etenim mens, cui
vividam vim & activitatem ad-
scribimus, & corpus, quod his
destituitur, & duntaxat organi-
ce est dis*positum*, nobis, quod
omnino fatendum, modo in-
comprehensibili & inexplicabi-
li, tam arcta inter se cohæ-
rent unione & actionum com-
mercio, ut mens in corpus, cor-
pus in mentem agat, alterumq;
participet actiones alterius, ita
ut nullæ commotiones mentis
sint, nisi conjunctæ cum motu
corporis, & vicissim nulli motus
corporis sine perceptione &
commotione mentis, semper in-
ter se mutuo certo quodam or-
dine amicissime conspirantes.
Hoc cujus vi fieri possit, nisi en-
tis

tis alicujus summe perfecti, summeq; sapientis, quod communis
voce *Déum* appellamus, nullus video.

*Adfis Joh. Clerici Pneumat. sect. I.
Cap. VI.*

§. III.

Sed dixerit forte qvispiam, esse hanc conjunctionem ex ipsis partibus, sive extremis illis, quæ ad hoc fœdus conspirarunt. Verum enim vero haud facilis eam de quoquam, qui saltim particulam habuerit talis, sententiam foceam, ut hoc opus tribuat corpori, quod materia, cui omnis actio in se & sua natura jure denegatur, est coagmētatum. Neque etiam a mente dependet hæc conjunction, quip-

pe si hoc, tum utiq; deberet
mens novisse hanc ipsam con-
junctionem, non secus atq; ar-
tifex lignarius faciliter opera po-
test intelligere, & evidentissime
cuivis cuiā rudi artis demonstrare
copulationem duorum afferum;
& Geometra duarum vel pluri-
um linearum in unum pun-
ctum vel centrum concursum.
Cujus rei tamen intellectus al-
tissime est inscius, fatente hoc
ipsum illustr. Philosopho Jo-
Franc. Buddeo (a), qui conjun-
ctionem mentis cum corpore,
inter ea refert, quæ intellectus
nulla ratione capere potest: quin
etiam ipsum mentis operandi
modum in corpus percipere,
hujusq; varia & artificiosa or-
gana accurato amplecti conce-

ptu, quod jure desiderat Clar^o
 Gentzkenius (b), & que valet: cui
 vero contrarium luculentissime
 prodit, videlicet ignorantiam,
 patentibus omnibus Philosophis,
 saltim qui meritis conjecturis suas
 superstruere nolunt hypotheses.
 Proinde conclusio cum Buddco
 (c): sufficit agnoscisse, quod Deo
 us lege veluti quadam ita statuero-
 rit, ut ad certos motus corporis,
 certa etiam mentis perceptiones
 sequerentur, & vice versa-

(a) In Elem. Philos. Theor. Tom. II.
 part. I. Cap. V. §. XXX. p. m. 117.

(b) in Part. II. syst. Phil. Cap. II.
 part. Gen. §. 1. p. m. 7. (c). Lib. loc.
 & pag. citatis.

S. IV.

Neque etiam defecit Philosophis argumentum pro demon-
 stran-

stranda existentia Dei ex eo, quod
 contingentia sunt in universo:
 quod argumentum jam protu-
 lit Thomas Aquinas, teste Syr-
 bio (a). Dari contingentia & mu-
 tabilia iudicis experimur. Conting-
 entia autem, sive res eventus
 a n c i p i t i s (de quibus, ut varie
 accipiuntur apud Philosophos,
 a nobis jam dictu est alienum,
 adeat, qui voler, Steph. Chau-
 vinum (b)) dicuntur, quæ, cum
 sint, aliter atq; aliter se habere
 possunt; sive possunt esse, &
 non esse; aliquando non fue-
 runt, jam sunt, vel ad mini-
 mum esse possunt. Hæc vero
 cum existunt, ab alio aliquo en-
 te tum existente, necesse est
 suum esse acceperint. Et hoc
 ens, cui contingentia esse suum

acceptum referant, erit ipsum
aut *contingens*, aut *necessarium*:
sed non *prius*; tum enim pro-
gressus toret in infinitum, quod
oppido absurdum: Ergo poste-
rius, quod est ens per se ac sim-
pliciter *necessarium*. Hanc i-
plam methodum demonstrandi
existentiam Dei eleganter per-
sequuntur passim viri cruditi,
ceu Sam. Clarkius (c) & Jo. Loc-
kius (d), aliiq;

Videsis Jo. And. Schmid. Theol. Nat.
Ros. p. m. 47. Hebenstr. p. m. 208.
 (a) *in inst. Phil. prim. part. 1. cap.*
II. (b) in Lex. Phil. sub. tit. con-
tingens. p. 139. (c) in Demonstr. exist. Dei,
p. 12. (d) De intell. hum. lib. IV.
cap. 10.

§. V.

Argumentum hoc a re- rum

rum contingentia peritum nova
methodo proponere & demon-
strare haud ita pridem aggres-
sus est illustr. G. W. Leibnizius
(a), & post eum nuper majori
nisu celeberr. Christian. Wol-
fius (b), qui istam methodum
tanquam præ reliquis firmam,
& solam atheos convincentem
urget. Scilicet illi, ut verbis u-
tar Cl. Syrbii (c), principium
rationis sufficientis in primis ine-
gerunt, quod in Deo primum
ponunt; ceterum contingentiam
mundi ex eo, quod nexus rerum,
quem mundum dicunt, aliis esse
queat, probari posse autemant,
utut Deum alium mundum e-
ligere posse negent, & mundum
ratione essentiae necessarium esse
contendant. Vis argumenti eo

re-

xredit, quod nihil sit sine ratio-
ne sufficiente, cur sit potius,
quam non sit: quod locum ha-
bebit, sive res causam habeat,
sive non; sive æterna sit, sive
minus. Ita enim patet, in serie
tali, non reperiri rationem exi-
stendi sufficientem, cum sem-
per iterum queratur ratio. Wol-
fius itaq; Deum dicit esse sub-
stantiam, in qua ratio suffici-
ens existentiæ universi, sive i-
dealis, sive realis, continetur:
sue essentiam ejus in vi repræ-
sentandi simul distincte omnia
universa possibilia consistere:
hinc essentias rerum ab intel-
lectu divino derivat, antece-
denter ad omne decretum.
Ceterum hæc philosophia plu-
rimos offendit, qui eam præ-

ter alia, tū *obscuritatis* in conce-
ptu pluriū universorū, tū Stoici-
smi accusarunt, quippe quæ hy-
pothesi *harmoniae præstabilitæ*, a
Leibnizio inductæ, superstructa,
omnia, quæ existunt, fatali cuius
& absolutæ necessitatì alliget d).
Objectionibus istis motus Wol-
fius, hypotheses suas **nōnnihil**
emollire, & discrimen inter fa-
talem necessitatem, & *nexus*
rerum sapientem, monstrare co-
natus est, tum ipse (e), tum alii
pro eo haud pauci (f). Videlicet
quum duplicis generis sint veri-
tates, necessariæ & contingentes;
illarum esse principium con-
tradictionis; harum autem prin-
cipium *rationis sufficientis*. Ra-
tionem sufficientem effi-
re quidem, ut intelligatur,
quomodo possibile intrinsecum

contingens actū consequatur; non autem ut necessario ad actum traducatur. Hinc rerum omnium dependentiam a Deo deducit, quoad possibilitatem internā, ab intellectu divino; quoad externā in, a voluntate libera, sapientia, omnisci- entia; quoad actū ipsū, a potentia; quoad necessitatē hypotheticā, ab immutabilitate divina. Atq[ue] ideo attributa divina esse prima possi- bilia, & diversitatem dependen- tiæ rerum a Deo ad diversa e- jus attributa cognoscenda nos ma- nu ducere. Verum quum nostrum non sit tantas componere lites, quæ inter clarissimos utrinq[ue] rei litterariæ viros adhuc fervent, ju- dicium heic nostrum tantisper suspendere liceat.

a) in *Theodic. s. Eſſais sur la bonté de Dieu*. Recens. A. Erud. Lips. A. 1711. mens. Mars. & Apr. Conf. tamen Pfaffi narratio de in- ſtit. Leibniz. apud Stoll. in der Einleit. zur Hist. der Relahr. p. 489. b) In der ver- nünftigen gedancken Sc. S. 576. Sc. conf. A. Er. Lips. A. 1719. p. 122. c) instit. Phil.

prim. p. 26. d) J. F. Budd. im Bedencken
über die Wolffian. Phil. Sc. Joach. Lan-
gius in modesta disquisitione novi Phil. syst.
Sc. Pol. Leyserus in examine Philos. Wolf.
philos. & alii. e) Annorat. in meditac. Me-
taph. & alibi. Conf. Act. Er. Lips. A. 1724.
p. 310. f) L. P. Thummig. in instit. philos.
Wolffiana. Bulffinger in Dilucidation. Philo-
sophicu: & alii.

§. VI.

Plura adhuc heic possent recense-
ri & adduci argumenta, qvibus phi-
losophi tam antiquiores, qvam re-
centiores, certe spe sua non delusi,
utuntur in demonstranda atq; evin-
cenda existentiæ Dei certitudine: ceu
ex natura motu: ex materia exis-
tentia: ex corporis humani stru-
ctura: ex animæ egregiis facultatibus, &
affectionibus hominum: ex hominum naturali
religionis instinctu: ex eorumdem insatia
ab illi boni cupiditate: & innato sciendi de-
siderio: ab animalium sexu diverso, eorū
demque organis mirificis: utpote ex oculi
mira compositione: ex inspectione cordis
investigati: ex aere: ex manu: ex voce:
aliisq; partibus corporis. A mira-

lis: ex pluvia: ex cursu astrorum velociissimo: ex avium volatu: ex aranearum telis: ex diversitate florum: ex omnibus ferme corporibus etiam minutissimis. Sed vetat imperata brevitas has omnes excutere demonstraciones, cum firmiter simus persuasi, haec, quæ vel paullo prolixius, in utraque parte tetigimus, vel duntaxat in fine recensuimus, argumenta sufficere, nec pati, ut quisquam, qui sana fuerit prædictus ratione, existentiam Dei negare possit. Deus itaq;, qui se manifestum etiam naturæ reddidit, pro immensa sua faciat bonitate, ut mens nostra in nuda ipsius contemplatione non acqviscat, sed indies magis magisq; in vero cultu & amore crescat.

*Conf. Gentzk. loco s̄ep. cit. J. Zach.
Hiligeri instit. Pneum. Eclect. Part.
sp. sect. 1.C. 1. Tb. II. §. IV, seq. J. And.
Schmidii Theol. Nat. Pos. Part. 1. sect.
1. §. IV. aliosq;.*

כבודך ל אלחו לטובך



Fagitt-Rim

Sil Philologiae Candidateh

Herr ISAAC PELDAN,

Di han i Abo sitt andra Lärdoms prof
låt utg i.

Af glädie wille jag beskrifwa,

Hur' lycklige I Ehr tjd användt,

Hur' flit och möda mänd' Ehr drifwa

Sil Pindi full, dit De anlånot,

Som länge ej besinnat sig,

Hwars fötter törnen ej synk sårar,

Mår de Tått Lupit vågar swåra,

Och Skyndat på med fulla stig.

Ehr flit och möda har nu hunnit

Med nöje dese vågar gå,

Med Heder I alt detta wunnit,

Som funnat Ehr för längst anstä,

Om sā alt öfrigt det medgiedt,

Och Pluto sina häftvor delat,

Hwad skulle wara öfrigt felat;

Ij I på tiden achtsamt sedt.

Ehr gifwe derför Himlen lycka,

Ehr Wård och wårf vålsigne Han,

At I med lust må frucht uprycka,

Som Eder ståds förnöja kan!

Ehr dygd, som giordt Ehr tåck och lär,

De trötta fått då I arbetat

På Helicon, och godt utletat,

Betala stal en Krantz så skräck.

Utradt i

Godt Förträende.

Philosophiaæ Candidaten Höglärde
Herr ISAAC PELDAN,

Så han sitt andra lärdoms prof om
mångfaldiga fått at känna Gud,
i liuset framgaf.

Ei lär på hela jorden vara,
Så hiern och sinn-lös någon ort;
Ei finns bland Adams barna stara,
Then ei en Gud har nogamt spordt:
Skönt the som wilja folck förvilla,
Öflanning sig med våld inbilla.

Thy hafwen I med snille drifwit
Så klara ic ål för fanning fram,
At når the se hur' I ha'n skrifwit,
Eðr munnen steppas them med skam,
Som kändedom om Gud förneka,
Then om the vorde intet tweka.

Om tiden mohn I ståds ha'n warit,
Herr Candidat, som thet sig bör:
Hvar af I nu thet gagn förfarit,
Som lärda wärcket synbart giðr:
Skönt lyckan widrigt öde wisat,
Så blir och slutet mera prisat.

Er dygderwandel här omndmna
Min sida får ei hinner til;
Ty måste jag thet androm lämna
Som konsten lärdat; allenast wil
Dee prof af skyldighet mot Eder,
Then jag min lifstid bör all heder.

För några åhr jag lyckan hade
Bid Sala liufste lärdoms hamn,
At I med flit til dygden lade
För mig en grund; therför Ert namn
Hos mig i wördsamt minne blifwer,
Gå länge anden hiertat drifwer.

Eil slut jag Er af hiertat önstar,
För witter lärdom, arbet, flit,
Gen wålförtient Ert hufrud grönstar,
Thet I må Herrans hiord med nit
I sanna Gudens kunskap föda,
Eils ewig fällhet gifft på mōda.

I första hast
betygade sin fågnad

P. N. N. MATHESIUS

Ostre-Borniensis.

At Gud må vara til, fernuftet up-
på jorden.

Besannar ifrån Öst-från Västtan, Sö-
der, Norden:

Fast mångē far här will, tilbeder him-
lens hår,

Vår det dock witne til: ett öfvervå-
send år.

Hur' som Gud; warelse bewises alment,
lärer

Herr Candidatens märck, det han of nu
frambarer :

Hur' öck the lärdaas hoop tillsammnan,
särstilt, plår

Utwisa samma saak, man klarligt fin-
ner hår.

Hastack Herr Candidate, för det I wac-
kert si rirvit,

Ehr bågge lärdoms prof, dem I i liu-
set cifvit

I enahanda saak; Ehy möda önstör
jag

Med Lager känas först, sen Lycka
mången dag!

I wälment fägnad af
GEORG FLEEGER,
Aust. Finl.